

Quod providi et circumspecti viri proconsules consules et opidani Lipczenses mature considerantes et pro resistentia dictorum infidelium ac conservatione fidei apostolicae totis conatibus se ipsorumque opidum munire et fortificare proposuerunt et isto anno praesenti magnis laboribus et expensis se submiserunt ad faciendum muros propugnacula fossatas, bombardas aliaque defencicula procurantes. Et quia ut dicitur saepe-fati dampnati haeretici cum pluribus exercitibus iam se ad iter praebuerunt, terras nostras et dominorum circumiacentium iterum invadere praeponunt et praesertim ad dictum opidum Lipczk transferre inibi crudelitatem eorum exercere sperantes, unde nobis pro parte dictorum proconsulum consulum et opidanorum dicti opidi Lipczk fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsis gratiose indulgere, ut ipsi et eorum coadiutores diebus dominicis et festivis in fossatis muris turribus et propugnaculis ac defenciculis laborare possent et ipsis laboratoribus sic ad praemissa dispositis indulgentias nostras de benignitate ordinaria impertiri dignaremur. Nos igitur Nicolaus episcopus Merseburgensis et dicti opidi ordinarius attendentes, supplicationem dictorum proconsulum consulum et opidanorum dicti opidi Lipczk consonam esse rationi, auctoritate nostra ordinaria ultra indulgentias a sede apostolica in hac parte concessas indulgemus ipsis opidanis in Lipczk et eorum coadiutoribus laborandi diebus dominicis et festivis pro fortificatione dicti opidi ac omnibus et singulis, qui diebus dominicis et festivis in huiusmodi laboribus existunt, confessis saltim et contritis de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentis misericorditer in domino relaxamus, praesentibus vero cessante persecutione dictorum haeticorum minime valituris. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Merseburg anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo dominica die in festo visitationis beatae Mariae virginis gloriosae genitricis domini nostri Jhesu Christi.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 172. 1430. 13. Nov.

Albrecht von Colditz, des römischen und böhmischen Königs Kammermeister, Herr zu Graupen, Hauptmann der Fürstenthümer Schweidnitz und Jauer und Vogt der Lande und Städte Budissin, Görlitz, Zittau u. s. w., zugleich Namens seiner Vettern reicht mit Rathe seiner getreuen Mannen Hans Thummel, Bürger zu Leipzig zu Lehen eine mark geldes die do gelegen ist [czu] Nauendorf^{a)} vor der stat czu Leypczik vnd auch zcweyvnddreyssigk acker holczes vnd wesen gelegen zcwuschen der Parda vnd der Ritzschken vnd auch die fischerey halb von Mockaw^{b)} bis kegen Leypczik — als sie Nickel Schuman¹⁾, yr vater vnd gebruder vormals von vns gehabt —. Da by sint gewest vnd sint auch gezeugen meyster Christophorus statschreyber zcu Erfurt, Ticze Kolkewicz, Steffan Stuß burger czu Leypczik vnser vorlehente manne vnd andere bedirbe leute —. Des czu vrkunde vnd merer sicherheit haben wir — vnser insigil — an diesen brief lassen

a) Villa Nuwendorf prope Schonvelt, erwähnt in der Abschrift eines Beteregisters im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

b) M o c k a u, Par. Cleuden.

1) Hier sind in der Abschrift wahrscheinlich Namen weggelassen worden, da das nachfolgende yr eine Mehrzahl voraussetzt.